Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

doctrinarũ. nec euuangelii disciplinam. plenaq: sentium quia ex cul
ta non fuerat. Ipsi quondã dei meo scelerator: quod recessit adnõ. &
nonuult ultra reuerti addm suũ. Grandis offensa nolle placare
quẽ offenderis. Numquid obliuiscetur urgo ornamenti sui aut
sponsa fasciẽ pectoralis suę. Ipsi ũ mi oblitus sum mei diebus innumeris.
Hec discimus sponsũ esse xpm urginis ecclesię quę nonhabet ma
cula neq: rugam. Siaut ipse est sponsus. ipsius uerba sunt. Dequo
loquitur & iohannes baptista. Qui habet sponsam. sponsus est. Or
namentũ ergo suũ perdit qui recedit adnõ. & amittit intelligen
tiam doctrinarũ quę significatur in pectore. Unde & Johannes
euuangelista recubuit super pectus dni. & sacerdotibus inter ceteta
separatur pectusculũ uictimarũ. Quanto autẽ maior ẽ numerus
temporũ. quibus obliuiscimur dm. tanto maior pena peccati.
quod nec longitudine seculorũ potuerit edomari. Quid miti
bona ostendere uia tua. adquerenda dilectionẽ. Quę insup &
malicias tuas docuisti uias tuas. & malis siue in manibus tuis in
uentus est sanguis animarũ pauperũ & innocentũ. Non info
ueis inuenies eos. sed in omnibus istis siue subomni quercu. Frustra
inquit cupis te uerborũ arte defendere. & quasi bona ostendere
opera tua ut merearis dilectionẽ. quę insup etiã alios docuisti
uias tuas. & exemplo fuisti omnibus maiorũ operũ. At malis
quippe siue in manibus tuis inuentus est sanguis innocentum.
quos idolis immolasti. siue quorũ animas pdidisti sacrificiorũ
similitudine. Pauperes de hebraico possumus qui in lex nonhabent.
Nos autẽ inquit pauperes & innocentes noninuenit infoueis in
terfectos. quod solet plerũq: accidere latronũ insidiis. sed in omnib
quę supra memorati. siue subquercu. quę hebraice dicitur ella.
quę quidem & ista significat. ut sit sensus in omnibus istis siue
subquercu atq: therebinto. subcuius umbra & frondibus qsi
in amenis locis idolatrię sceleribus fruebaris. Et dixisti.
Absq: peccato & innocens ego sum. & ppterea auertatur
furor tuus a me. Ecce ego iudicio contendã tecũ. eo quod
dixeris nonpeccaui. Quam uilis es facta nimis. siue quõ
contempsisti nimis iterans uias tuas. his uerbis intendũ